

prepedito uirtutum cursu. ipsa etiam terrestris concu-
piscētię sordibus polluta uilescat. & ad ultimū autho-
rem suum ad ruīnam superbiendo impellat.

DE PHANONE.

Ca. XVIII.

Vantum uero mappula siue mātīle . sacerdotis
indumentum est. quod uulgo phanonē uocāt.
quod ob hoc eorum tunc manibus tenet̄ q̄ndo
missę officium agitur. ut paratos ad ministeriū mensę
domini populus conspiciat. Mappę ergo conuiuij &
epularum adpositarū lintheamina sunt. unde diminu-
tuum mappula sicut et mantilia . nūc pro operiendis
mensis sunt. quę ut nomē ipsorū indicat. olim tergēdis
manibus prebebantur . Oportet ergo sacerdotes . &
ministros altaris mappulas manibus tenere . quorum
officium est diuina sacramēta cōficere. ut cū deuotiōe
mentis opus spontaneum concordat. digne exercean̄
officium. quod pie diuino est munere collatum .

DE ORARIO idest STOLA

Ca. XIX.

Vantum quoq; est quod orarium dicitur . licet
hoc quīdam stolā uocēt. Hoc enī genere uestis
solūmodo eis personis uti est concessum. qbus
predicandī officium est delegatū. Bene etiam oratorū
bus christi orariū habere cōuenit. quia cū indumentū
eorum officio pprio concinnat. & ipsi sedulo ad uerbi
ministeriū cohortantur. et plebs ipsis cōmissa indicium
salutare conspiciens. ad meditationē legis concurrere
feruentius ammonet̄. Apte ergo orarium collū simul
& pectus tegit sacerdotis. ut inde instruatur. qd qd
ore proferat. tractatu summe rationis attēdat. ut illud
apostoli semper in eo appelletur quo dicit. orabo spi-
ritu. orabo & mente. psallam spiritu. psallam et mente.
& iterum. Os nostrū ad uos o Chorinthi. cor nostrum

dilatatum est. ne forte si improuise & inrationabiliter loquatur. damnum patiat. Salomone adtestate. qui ait. Cor sapientis erudiet os eius. & labijs illius addet gratiam. & item. Qui custodit os suum. custodit animam suam. qui incōsideratus est ad loquēdū sentiet mala.

DE DALMATICA.

Ca. XX.

Extum namq; est quod Dalmatica a Dalmatia
s Græcię prouincia. in qua primum texta est. nuncupatur. hæc uestis in modum est crucis facta. & passionis domini indicium est. Habet quoq; et pureos tramites ipsa tunica a summo usq; ad ima. ante ac retro descendens. nec non & per utramq; manicā. ut ammoēatur minister domini per habitus sui speciē. cuius muneris particeps est. ut per mysticā oblationē passionis dominicę commemorationem agat. ut ipse in eo fiat hostia deo acceptabilis.

DE CASULA.

Ca. XXI.

Eptimum sacerdotale indumentum. est quod
s Casulam uocant. dicta est autem per diminutionē a Casa. eo quod totū hominē tegat. quasi minor casa. hanc græci. *πλανητων*. Planetam nominant. Hæc supremum omnium indumentorū est. & cetera omnia interius per suum munimen tegit & seruat. Hæc ergo uestem possumus intelligere charitatem. quę cunctis uirtutibus supereminet. & earum decorem suo tutamine ptegit et inlustrat. Nec enim ullus iam erit uirtutum splendor. si nō eas charitatis inradiauerit fulgor. quod ostendit apostolus dicens. Si linguis hominum loquar & angelorum charitatem non habeam. factus sum sicut æs sonans. aut cymbalū tinniens. Et si habuero prophetiam. & nouerim mysteria omnia. & omnem scientiam. & si habuero omnem

ad hoc B